ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Vir Nobilissime,

Quanquam nulla aut exigua admodum tecum mihi intercedat necessitudo, tamen tam prolixus vester in literatos amor, coniuncta cum ingenio excelso et admirabili eruditione singularis humanitas hasce literas mihi expresserunt. Rumor constans increbuit, Celsissimum Auriacum Principem prope=diem in hanc venturum esse Civitatem et Academiam cuius adventu ingenti omnes laetitia et voluptate per=funduntur. Concepi et ego orationem gratulatoriam quae simul de ingentibus meritis Celsissimae Auriacae familiae in hanc Rempublicam aget, quam publice in Academia recitare ~~in~~ acceptum mihi foret. Itaqz unice peto, ut mihi rescribas, an gratum hoc qualecunqz officium Principi futurum existimes. Vale. Data Lugd. Batav. I Novembris. 1659.

Vestrae Dignitatis humillimus
Cultor
ANTONIVS THYSIUS

Hug. 37

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Thysius) 3
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5621

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Thysius) 3
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5621

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Thysius) 3
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5621

Aen Myn Heer,

Myn Heer van

Zulichem,

Raetsheer van syn Hoogheit

de Prince van Orangien

~~Ha~~ S'Graven-Haege.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Thysius) 3
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5621